Saluatus ē ergo moyses nutu dei ⁊ vixit.
Et ꝓcedēte tpē iudeos de egypciaca seruitute eduxit.
Ea que hic narrata sunt de puero isto.
Figuralit̄ ꝑtim ꝯuenium̄ ihū xpō
Rex pharao iudeis pueros suos submergerē coegit.
Et ut puerū moysen ꝑiter submergerent satagit.
Ita rex herodes om̄s pueros bethlehem occidi mādauit.
Quia puerū ihm̄ ꝑiter cū eis occidere affectauit
Moyses nutu dei saluatus ē a nece pharaonis.
Sic xp̄c nutu dei saluatus ē de gladio hēodis
Moyses natus est ut filios isrl̄ educeret de egypto.
Xp̄c homo factus ē ut nos eriperet de inferno
Moyses dyadema regis egypti cū corona ꝯfregit
Xp̄c om̄ia ydola egypti ⁊ deos eoꝝ ī nichilū redegit.
Hanc ruinam ydoloꝝ etiam illa statua ꝓtendebat
Quā rex nabuchodonosor ī sompnis uidebat.
Huiꝰ statue caput ⁊ collū erant ex auro.
Brachia vero ipius ⁊ pectus erāt ex argento.
Venē aūt ymaginis ⁊ femora erāt ex ere
Tibee aūt ipius uidebant̄ materiam ferri hr̄e.
Pedū quedā ꝑs erat fictilis id ē terrea.
Quedam uero pars eoꝝ uidebatur eē ferrea.
De monte aūt sine manib; quidā lapis ē abscisus.
⁊ in pedes ipius ymaginis siue ydoli ē illisus
Contriuitq; eam ⁊ ī puluerem omnino redegit.
Et postea idem lapis ī montē maximū excreuit
Lapis iste significat filiū dei ihm̄ xp̄m
Qui ꝓ salute gn̄is humani uenit in mūdū istum
Lapis abscisus est de monte sine manibus.
Et xp̄c natus de maria sn̄ tactibus maritalibus.
Lapis iste xp̄c cōtriuit in egipto om̄ia ydola.
Siue aurea erāt siue argentea.
Erea ꝑiter cōtriuit ⁊ etiam ferrea
Cōfregit quoq; fictilia id est terrea.
Om̄s iste materie erāt ī ꝑdcā ymagīe siue statua.
Et om̄ia ydola corruerūt de q̄cumq; erāt materia.
Lapis ille cōtrita statua ī mōtē mgm̄ excreuit ꝉ magnū.
Quia destructa ydolatria fides xp̄i ꝑ totū mūdū increuit
Vel lapis ille crescebat ⁊ mons magnus ē fact⁹
Quia hostis xp̄i herodes quasi ad nichilū ē redactus.
Cristus aūt rediens ī iudeam crescebat.
Et etate ⁊ sapiā coram deo ⁊ homib; ꝓficiebat.
Et tandē creuit ī mōtē talem ⁊ tantū.
Quod sua ī mēsitate repleuit tam celū q̄m mundū
Et quis ascendet ī mōtem dn̄i istum.
Nisi innocens manib; ⁊ mundo corde hic uidebit xp̄m.
Hic accipiet bndccōnē a dn̄o.
Et misericordiā a deo salutari suo.
O bone ihū da nob̄ ut mūdo corde tibi seruiamus.
Et in mōtem tuū ascendentes te sine fine uideamus.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/Hs-2505/0047
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt